

# Anzeigebblatt

## für die Erzdiöcese Freiburg.

Nr. 12.

Mittwoch, den 1. August

1894.

### JOANNES CHRISTIANUS

DEI MISERATIONE ET SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE GRATIA

**ARCHIEPISCOPUS FRIBURGENSIS**

PROVINCIAE RHENI SUPERIORIS METROPOLITA ETC.

VENERABILI ARCHIDIOECESIS CLERO

SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN DOMINO.

Inter gravissima Episcopi officia hoc facile praestat et eminet, ut quae ad cultum divinum et ad mysteria divina rite celebranda atque administranda pertinent, ex Salvatoris nostri institutione, Apostolorum traditione Ecclesiaeque praescripto fideliter recteque fieri curet atque invigilet. Testatur siquidem Apostolus (Hebr. 5, 1): „*Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum;*“ et Concilium Tridentinum hoc inter cetera Episcopis inculcat: Quaecumque in Dioecesi ad Dei cultum spectant, ab Ordinario diligenter curari atque iis, ubi oportet, provideri aequum est“ (Conc. Trid. Sess. 21. de reform. cap. 8).

Quare vix dum arcano divinae providentiae consilio, licet immeriti, amplissimae Friburgensis Archidioecesis gubernacula tractanda suscepimus, statim hisce muneris nostri partibus curas impendimus. Noveramus scilicet, Rituale in hac Archidioecesi usitatum, licet eo tempore, quo compositum fuit, majoribus malis occurrisset, tamen a Rituali Romano, quod omnibus Ecclesiis tamquam norma exhibetur, nimium quantum discrepare et (quamvis contra editoris voluntatem) a neotericis quibusdam studiis minus aequo recessisse. Hoc idem praedecessor noster p. m. Hermannus probe intelligens ad novum Rituale edendum animum manumque jam admovebat, sed, obstantibus importunis rerum temporumque adjunctis, propositum exsequi non valuit. Ejus vestigiis insistentes virorumque, cum in theologica doctrina, tum in sacris ritibus bene versatorum, consiliis utentes, novam Ritualis editionem fieri curavimus.

In ejus institutione hoc prae ceteris sacrosanctum Nobis erat, ut Ecclesiae spiritui, regulae ac praecepto ad amussim responderet. Praeclara, qua Redemptor noster Ecclesiam suam instructam et ornatam voluit, unitas („*una fides, unum baptisma*“ Eph. 4, 5) plane postulat, ut non nisi approbati ab Ecclesia et a supremo ejusdem magistro et gubernatore, Romano Pontifice, ritus adhibeantur. Ad hoc siquidem unitatis centrum sicuti fidem ita et sacram liturgiam referri ab eoque regulari oportet.

Jamvero, in Archidioecesi nostra in Sacramentis administrandis sacrisque functionibus obeundis consuetudines non paucae invaluerant, quae ex una parte in ritu Romano non reperiuntur ab eoque plus minusve declinant, ex altera, utpote fidelibus notae, usitatae et gratae, abrogari sine difficultate vel scandalo vix aut ne vix quidem possent. Quare ante omnia sanctissimo Domino nostro, Leoni Papae XIII. feliciter regnanti, hasce consuetudines exponendas curavimus Ipsumque rogavimus, ut eas, quantum per Ecclesiae leges liceret et citra unitatis necessariae dispendium fieri posset, retineri permitteret. A Sanctitate sua edocti, quae ex istis tolerari possent, quae econtra essent eliminandae, hasce omisimus, illas retinuimus. Ita Rituale Romanum, uti decet ac praescriptum est, tamquam fundamentum ac normam adhibentes, ritus praedictos in Archidioecesi nostra usitados addidimus et

collegimus atque hoc modo Rituale ad instar Appendicis ad Rituale Romanum conficiendum curavimus, quod supremo Sedis apostolicae iudicio et approbationi subiecimus. Qua approbatione benignissime impertita, Rituale prelo statim committi curavimus et nunc vobis, fratres carissimi, cum intima erga Deum gratiarum actione tradimus, sperantes fore, ut et vestris votis satisficiat et ad sacra mysteria digne celebranda sacrasque functiones rite obeundas, necnon ad fidelium aedificationem plurimum conferat.

Quod ut et a vestra parte efficaciter promoveatur, hortamur vos in Domino, ut hoc Rituale, posthabitis privatis vestris iudiciis ac desideriis, cum ea recipiatis reverentia et obedientia, quam sanctae Sedi apostolicae debetis vestroque promisistis Ordinario. Vestrum quoque erit fideles instruere de hujus Ritualis necessitate, auctoritate et indole; ita ut ipsis, si quae desiderant consueta et adamata, aut inveniunt minus arridentia, omnem auferatis dubitationem et diffidentiam debitaque eos reverentia, confidentia et obedientia imbuere satagatis; eaque, quae illic continentur, clare, pie ac dilucide e sacro suggestu et in catechesibus exponatis (cf. Conc. Trid. sessio XXII. de missae sacrif. cap. 8).

Auctoritate igitur Nostra utentes in virtute sanctae obedientiae vobis praecipimus, ut sepositis aliis quibuscumque Ritualibus, hoc uno in posterum utamini et, quae in eo continentur, religiosissime servetis, nec addentes quidquam nec detrahentes.

*Quae in hoc Rituali in lingua latina sola impressa sunt, semper in hac lingua recitanda sunt Nosque stricte prohibemus, quominus in linguam germanicam translata proferantur. Alia in latina simul et germanica lingua impressa invenietis. Inter haec ea, quae interrogatorie ad baptizandum resp. paternos vel matrimonio copulandos dicuntur aut ab eis respondentur, semper germanice proferri possunt. Quoad alia in processionibus et in sepeliendi ritu duplici lingua impressa s. Rituum Congregatio, precibus meis exorata, permisit ut, sicubi exclusivus linguae latinae usus sine fidelium quodam scandalo aut murmuratione obtineri non possit, interim lingua vernacula adhibeatur, usque dum et in hisce locis, quod semper optandum et alloborandum est, latine praedictae quoque partes recitari possint. Volumus itaque et mandamus ut, ubi sine offensione populi jam nunc hoc fieri potest, saltem in processione sollemnitate Corporis Christi et in sepeliendi ritu, praesertim in sepultura virorum principaliorum, vel quae cum aliqua sollemnitate peragitur, omnia latine proferantur, sicut in Rituali continentur; ubi statim hoc fieri nequit, saltem viae quasi sternantur et parentur, ut posteriore tempore fiat et ita unitas perfecta in omnibus parochiis habeatur.*

*Pro commodiore vestro usu ritus magis obvios et frequentius fieri solitos ex hoc Rituali decerpandos atque in Manuale parvum colligendos curavimus, quod post paucos menses praesto vobis futurum esse speramus.*

Accipite ergo hoc Rituale, fratres carissimi et in vinea Domini cooperatores Nostri sollicitissimi, atque ita illo utimini, ut ex vestra reverentia, obedientia et devotione in fidelibus quoque crescat religionis studium, frequens ac pius sacramentorum usus, devotionis spiritus, Ecclesiae dilectio et aestimatio, salutis propriae indefessa cura; vosque tandem tamquam fideles *ministri Christi et dispensatores mysteriorum Dei* (I. Cor. 4, 1), *cum apparuerit Princeps pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriae coronam* (I. Petr. 5, 4).

Datum Friburgi Brisgoviae in Solemnitate Ss. Corporis Christi, die 24. mensis Maji 1894.

† JOANNES CHRISTIANUS,  
Archiepiscopus.

Die Persolvung der bei der Wallfahrt in Walldürn erbetenen Sacra betreffend.

Nr. 6338. Die Hochwürdigen Herren, welche eine Anzahl obiger Sacra zur sofortigen Persolution übernehmen wollen, mögen ihr Bittgesuch alsbald anher einreichen.

Freiburg, den 26. Juli 1894.

Erzbischöfliches Ordinariat.

### Pfründeausschreiben.

Nachstehende Pfründen werden anmit zur Bewerbung ausgeschrieben:

**Eppingen**, Decanats St. Leon, mit einem Einkommen von beiläufig 1900 *M.*, außer 49 *M.* 65 *S.* Gebühren für 59 Fahrtage.

**Umfrich**, Decanats Breisach, mit einem Einkommen von beiläufig 1994 *M.*, außer 133 *M.* Gebühren für 129 Fahrtage und 3 *M.* für besondere kirchliche Verrichtungen, und mit der Verbindlichkeit, eine zu 5% verzinssliche restliche Provisoriumschuld von 407 *M.* 93 *S.* durch eine jährliche Zahlung von 100 *M.* zu tilgen.

Die Bewerber um diese der Terna unterworfenen Pfründen haben ihre mit den vorgezeichneten Zeugnissen belegten und an Seine Königliche Hoheit den Großherzog gerichteten Bittgesuche um Designation von Seiten Allerhöchstdesselben innerhalb sechs Wochen durch ihre vorgeetzten Decanate bei Großherzoglichem Ministerium der Justiz, des Kultus und Unterrichts einzureichen.

### Pfründebeschungen.

Seine Königliche Hoheit der Durchlauchtigste Großherzog haben aus der Zahl der von Seiner Excellenz dem Hochwürdigsten Herrn Erzbischof in Vorschlag gebrachten drei Bewerber den bisherigen Pfarrer Karl Maurer in Wöschbach auf die Pfarrei Dossenheim, Decanats Weinheim, designirt und hat derselbe am 23. Juli l. J. die canonische Institution erhalten.

Dem von Seiner Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Münchweier, Decanats Lahr, präsentirten bisherigen Pfarrer Karl Bunkofer in Bimbuch wurde am 24. Juli l. J. die canonische Institution ertheilt.

Dem von Seiner Königlichen Hoheit dem Durchlauchtigsten Großherzog auf die Pfarrei Eubigheim, Decanats Buchen, präsentirten bisherigen Pfarrverweser Josue Uhlmann in Windischbuch wurde am 25. Juli l. J. die canonische Institution ertheilt.

### Versetzungen.

- Den 24. Juli: Adolf Schwarz, Vikar an der oberen Pfarrei in Mannheim, als Beneficiumsverweser an die Münsterpfarre in Konstanz.
- „ 26. „ Joseph Brunner, Pfarrverweser in Rheinheim, i. g. E. nach Achdorf.
- „ 26. „ Emil Breinlinger, Vikar in Appenweier, als Pfarrverweser nach Honstetten.
- „ 26. „ Kaplan Dr. Simon Weber als Pfarrverweser nach Wollmatingen.
- „ 26. „ Joseph Scheu, Vikar in Ettlingen, als Pfarrverweser nach Neckarhausen, unter Zurücknahme der Anweisung des Vikars Anton Bischof in Lautenbach.
- „ 28. „ Franz Xaver Schanno, Vikar an der Curatie des Neckarstadttheils in Mannheim, i. g. E. an die obere Pfarrei daselbst, unter Abänderung der Anweisung vom 13. Juli an die untere Pfarrei.

### Sterbfall.

Den 29. Juli: Joseph Einhart, Pfarrer in Roggenbeuern.

R. I. P.

**Beiträge für die Erz. Armenkinderhäuser.**

Advents-Collecte 1893 und Nachträge von 1892.

(Fortsetzung.)

Decanat Hegau: Arlen 14 M. 64 S.; Bankholzen 3 M. 10 S.; Böhlingen 8 M. 22 S.; Gailingen 10 M. 22 S.; Hausen a. d. A. 3 M. 22 M.; Hemmenhofen 3 M. 50 S.; Hilzingen 5 M. 05 S.; Ebringen 2 M. 37 S.; Horn 3 M.; Dehnungen 6 M. 20 S.; Randegg 5 M.; Kiedheim 3 M. 36 S.; Kielasingen 10 M.; Schienen 4 M.; Ueberlingen am R. 5 M. 04 S.; Wangen 10 M.; Weiler 12 M. 65 S.; Wiechs 4 M.

Decanat Heidelberg: Wiesloch (und f. Herthen) 9 M. 05 S.;

Decanat Klettgau: Altenburg 4 M. 36 S.; Bühl 10 M.; Degernau (und f. Herthen) 18 M.; Grießen 20 M.; Erzingen 9 M.; Hohenthengen 8 M. 73 S.; Festsatten 13 M. 10 S. und für Herthen 14 M. 30 S.; Kadelburg 1 M. 70 S.; Lienheim 5 M. und für Herthen 5 M.; Obereggingen 3 M.; Oberlauchringen 6 M. 50 S.; Rheinheim 5 M. 10 S.; Schwerzen 5 M. und f. Herthen 5 M. 10 S.; Thiengen 20 M.

Decanat Konstanz: Allensbach 5 M. 30 S. und für Herthen 5 M. 50 S.; Böhlingen 3 M. 50 S.; Dettingen 1 M. 66 M.; Dingelsdorf 3 M. 10 S.; Konstanz: Münster 16 M. 75 S., St. Stephan 24 M. 33 S. u. f. S. 11 M.; Litzstetten für Herthen 7 M.; Markelfingen 5 M. 96 S. und für Herthen 2 M. 20 S.; Herr Def. Früh 6 M. und für Herthen 5 M.; Radolizell 16 M.; Reichenau-Münster 6 M. 60 S.; Oberzell 2 M. 20 S.; Niederzell 2 M. und für Herthen 4 M.; Wollmatingen 5 M. und für Herthen 5 M. 50 S.

Decanat Krautheim: Affamstadt (1892) 24 M. und 22 M.; Ballenberg 5 M. 41 S.; Gommersdorf (1892) 20 M. u. 15 M.; Hüngeheim 3 M. 90 S. u. 5 M. 31 S.; Krautheim 3 M. 45 S. u. Oberndorf 1 M.; Oberwittstadt 17 M. u. 13 M. 20 S.; Windischbuch 6 M. u. 1 M. 11 S.; Winzenhofen 6 M. u. f. Hrn. Pf. Heffner 25 M.

Decanat Lahr: Altdorf 4 M.; Berghaupten 8 M.; Diersburg 4 M. 10 S.; Elgersweier 10 M.; Ettenheim 36 M.; Ettenheimmünster 25 M. 25 S.; Grafenhausen, dar. v. Hrn. Pf. Schäfle 5 M., zuj. 9 M. 44 S. u. f. S. 5 M. 50 S.; Haslach 27 M.; Ichenheim 6 M. und Dundenheim 3 M.; Kappel 20 M.; Kürzell 25 M.; Lahr 40 M. u. f. S.; Mahlberg 8 M. 80 S.; Marlen 2 M. 70 S.; Mühlenbach 8 M. u. f. S. 6 M. 42 S.; Müllen 3 M. 58 S.; Münchweier 6 M. 15 S. u. f. S. 6 M.; Niederschopfheim 14 M.; Oberschopfheim 9 M. 41 S. u. für S. 9 M. 40 S.; Oberweier 6 M.; Ottenheim 4 M. 92 S.; Prinzbach 5 M. 37 S.; Reichenbach 25 M.; Ringsheim 4 M. u. 5 M.; Rust 14 M.; Schutterthal 22 M. 60 S.; Schutterwald 19 M. 90 S. u. f. S. 19 M. 90 S.; Schweighausen 6 M. 40 S.; Seelbach 22 M. 40 S.; Steinach u. f. S. 16 M. 80 S.; Sulz 6 M.; Wagenstadt 4 M. 60 S.; Weiler 7 M. 10 S.; Welschensteinach 8 M. für Riegel u. Herthen.

Decanat Lauda: Borberg 7 M.; Distelhausen 5 S.; Dittigheim 13 M.; Gerchsheim 4 M.; Gerlachshausen 12 M.; Grünsfeld 15 M.; Ilmspan 2 M. 90 S.; Kreensheim 4 M.; Kützbrunn 3 M.; Kupprichhausen 5 M.; Lauda 20 M.; Messelhausen 4 M.; Oberlauda 25 M. 40 S. u. für S. 7 M. 70 S.; Schönfeld 14 M. 35 S. u. f. S. 12 M.;

Unterschüpf 8 M. 16 S.; Unterwittighausen 11 M. 10 S.; Wilschband 5 M. 70 S.; Zimmern 5 M. 16 S.

Decanat Linzgau: Alttholderberg 3 M. 40 S.; Altheim 2 M.; Bergheim 6 M.; Bettenbronn 5 M.; Beuren 3 M.; Deggenhausen 3 M. 90 S.; Frickingen 3 M. und Hr. Pf. Goldschmitt 9 M. 70 S.; Hagau 6 M.; Heiligenberg 3 M. 50 S. u. f. S. 4 M.; Hepbach 13 M. 32 S.; Herdwangen 8 M. u. f. S. 10 M.; Hübdingen 4 M.; Ilmensee 4 M. 09 S.; Ittendorf 15 M. u. f. S. 15 M.; Klustern 8 M.; Leutkirch 5 M. 60 S. u. für S. 5 M.; Limpach 8 M. u. f. S.; Linz 5 M. 20 S.; Lippertsreuthe 6 M.; Markdorf 10 M. 54 S.; Meersburg 28 M. 71 S.; Mimmenshausen 9 M. 30 S.; Oberhomburg 7 M.; Dwingen 9 M. 22 S.; Pfullendorf 10 M. 15 S.; Röhrenbach 3 M. 52 S.; Roggenbeuren 10 M.; Salem 8 M.; Seefeld 3 M. 40 S. und für Herthen 4 M.; Ueberlingen 50 M. 80 S.; Unterjügingen 2 M. 70 S.; Urnau 1 M.; Weildorf 10 M.

Decanat Meßkirch: Bietingen 3 M. und für Herthen 3 M.; Buchheim 4 M. 14 S.; Burgweiler 10 M. 50 S.; Engelswies 4 M. 72 S.; Göggingen 15 M.; Gutenstein 2 M. 25 S.; Hartheim 3 M.; Heinstetten 3 M.; Heudorf 4 M. 60 S.; Kreenheinstetten 3 M. 40 S.; Krumbach 2 M.; Leibertingen 3 M. 60 S.; Menningen 6 M. 20 S.; Meßkirch 14 M.; Raft 6 M.; Schwenningen 13 M. 57 S. und 1 M. 49 S.; Sentenhardt 2 M.; Stetten a. f. W. 15 M.; Worndorf 2 M. 70 S.; Zell a. A. 7 M. 50 S.

Decanat Mosbach: Allfeld 8 M.; Billigheim 13 M. 90 S.; Eberbach 14 M.; Herbolzheim 8 M.; Lohrbach und für Herthen 18 M.; Mosbach 24 M.; Neckarelz 7 M.; Neckargerach 6 M. und für Herthen 6 M.; Oberschefflenz 3 M. 08 S.; Obrißheim 10 M. und 15 M. 55 S.; Rittersbach 6 M.; Stein a. R. 5 M. 20 S.; Strümpfelbrunn 5 M. 60 S.; Waldmühlbach 17 M.

Decanat Mühlhausen: Neuhausen 9 M. 50 S.; Pforzheim 20 M. und für Riegel 40 M.; Tiefenbronn 2 M.

Decanat Neuenburg: Ballrechten 16 M. 45 S.; Bamlach mit Rheinweiler 12 M.; Bellingen 4 M. 13 S.; Eichbach und für Herthen 7 M. und 16 M.; Grießheim und für Herthen 8 M. 10 S.; Heitersheim 25 M.; Viehl 8 M. und für Herthen 8 M.; Schliengen 15 M.; Wettelbronn 7 M. und für Herthen 7 M.

Decanat Offenburg: Bohltsbach 10 M. und für Herthen 12 M.; Bühl für Herthen 3 M. 70 S.; Gengenbach 32 M.; Kehl 10 M.; Oberharmersbach und für Herthen 11 M. 32 S.

Decanat Ottersweier: Stadelhofen 5 M. 59 S.; Thiergarten 2 M. 92 S.

Decanat Philippsburg: Hambrücken 10 M.; Huttenheim 14 M.; Reudorf 10 M.; Oberhausen 10 M.; Philippsburg 22 M. 50 S.; Rheinhausen 8 M.; Rheinsheim 22 M.; Wiejensthal mit Waghäusel 10 M.

Decanat St. Leon: Eichersheim 10 M.; Eppingen 4 M.; Hockenheim 14 M. 60 und Reilingen 6 M. 40 S.; Kirrlach 10 M.; Kronau (dar. pers. Gabe) 13 M.; Landshausen 11 M. 50 S.; Langenbrücken 6 M. 50 S.; Malsch 42 M.; Mingolsheim (dar. v. Ung. 10 M.) 23 M.; Odenheim 6 M.; Dettringen 35 M.; Ranenberg 11 M.; Rettigheim 3 M. 30 S.; Rohrbach 6 M. 04 S.; Roth 20 M.; St. Leon 20 M.; Stettfeld 7 M.; Tiefenbronn 1 M. 60 S.; Weiher 3 M.; Zeuthern 5 M. 81 S. und 11 M. 84 S.

(Schluß folgt.)